

Jagelno

Ja iego slugą

Moy laskawy pane [illegible]

przyjmijcye to odemnye

a b c d e f g h i k l m
n o p q r s t v w y z 3



o inuenculavit ... [illegible]
In ecclis benedicite deo dno defon
tibus isrl. Ibi beniamin ado
lescentulus in mentis excessu. Principes
iuda duces eorum. principes za
bulon principes neptalim. Manda
deus uirtuti tue confirma h[oc]
... [illegible]

... [illegible]
ge. Preparans montes in
te tua accinctus potentia q[ui]
profundu maris sonu fluctuu
Turbabuntur gentes et time
habitant termi...
... exitus ma...

Attif
toris &
facillim
C.Ly
Si men
Atq
Perlege
Edidi
Et pote
Artif
Eia igi
Et me
Græcia
Necn

udabuntur servuntos clamabunt
enim ymnum dicentes psalmus
Iubilate deo omnis terra psalmum
dicite nomini eius date gloriam laudi
dicite deo quam terribilia sunt
in multitudine virtutis
inimici tui. O m

bit in fine. Currus dei decem mili
bus multiplex dominus in eis in sinay
in sancto. Ascendisti in altum cepisti cap
tivitatem accepisti dona in hominibus
etenim non credentes inhabitare dominum deum.
Benedictus dominus die cottidie prospe
rum iter faciet nobis deus salutari

millia letantium

Scribendi Orandiqȝ Modus per Anthoniū Mancinellū cū ꝓprietatibus vocū.

¶ Georgius Meynigensis.

Rhetoricen rutilo potiorem qui facit auro
Sepius Anthoni fertile voluat opus
Maxima de exiguo scribendi flumina fonte
Orandiqȝ arcto fundit ab ore decus

Operis tituli.

Orationis initium. Titulo .i.
Epistola quid: et vnde dicitur. tit. .ij.
Epistolare offitium quid. tit. .iij.
Epistolarum genera. tit. .iiij.
Epistole modus et qualitas. tit. .v.
Littera et littere. tit. vi.
Bina littera: Due epistole. tit. .vij.
Calende. None. Idus. tit. .viij.
Quot dies. Nonas. Idus mensis habet. tit .ix.
De quinqȝ partibus artifitiose eloquentie. tit. .x.
De phrasi id est Elocutione. tit. .xi.
De laude et Vituperatione. tit. .xij.
De Memoria. tit. .xiij.
De pronunctiatione. ti. .xiiij
Discendum esse. tit. .xv.
Studendi modus. tit. .xvi.
Lectio qualis. tit. .xvij.
Discipulorum offitium. tit. .xviij.
Preceptoris offitium. tit. .xix.
Preceptoris contubernium. tit. .xx.
Vocum ꝓprietas Ex Donato: Aulo Gellio. Asconio pediano. Macrobio. Rhetoricis Ciceronis. Tusculanis questionibus Vegetio de re militari. Capro. Pompeio festo. Nonio Marcello. Tullio de diuinatõe. Lactantio firmiano. Tit. xxi.

Georgius Meyni-
gensis Joanni Kleuber artium magistro: et
comitis hennebergēsis scribe. Salutem. P.

ROganti tibi charissime Joānes de vniuer-
sitatis nostre statu, reddidi spē optimā ex sin
gulis mihi pspectis polliceri: talia em̄ extra-
bāt initia vt lz diuinare non licuerit fiduciā
tn̄ īfractā frons ipsa suggessit. publico quidē
malo auare pestis vrbes et vicos passim depopulantis ⁊
exhaurientis sancta hec parens nostra subduci nequiue-
rat sine om̄i iactura. Quid em̄ ferream fatorū legem: aut
celitum imperia non sensit? quid declinare vnq̄ potuit?
Floruit lectissima altrix nostra omnigeno scientiarū flore:
partus suos inter oscula materna ⁊ dulcissimos fouit am
plexus: clarissimis honorū titulis ornauit: ex imis fortūe
gradibus in editissima dignitatū fastigia transtulit: sordi
do loco ortos stēmate candidissimo illustrauit: plurimū
decoris ingenua gēte cretis addidit: maiestate regalis vir
ge cōplures seruituti obnoxios libertate donauit. Nihil
horū perdidit. infracta semper constitit auctoritas. Verū
infitiari nequeo magistrorū et scolasticorū fuga salutis
studio viriū aliquid surreptū: et quiddam nitoris immi
nutū: sed modo omniū reditu restitutū decus voluptati
est. Nunq̄ corruit: aut in imū subsedit: sed natorū freq̄n-
tia caruit. Non exaruit: sed floris instar viroris vim in
penetralibus coercuit. Nō pestis face excocta est sed fon
tis instar cui tantūdem humoris scaturigo per estum nō
effundit quantū iugi profluxui satis sit: suos in fecūdissi-
mo sinu cōtinuit latices: quos indies oīa late irrigando
pfundit: pendentibus ad vbera natis. sui nectaris centū
fluis canalibus infundit. Quid non recollegit em̄ scien-

riarū lumīa Aristoteles Platones zenones ⁊ socrates:
Galienos et Auicennas: Immo hos Ambrosios Gre
gorios Augustinos et Thomas: sacrū profecto chorū
et religione sancta et doctrina illustrē. Uideres omniū
artiū ⁊ disciplinarū munera. Dyalecticā disserere: Rheto
ricam orare: Phisicā speculari: Musicā et mathemati
cam suis numeris et mensuris intendere: Poeticā sacꝝ
magni Apollinis comitatum ebicipiti parnaso et pega
seis fluentis in humana consortia deducere. Inter has
aūt veluti reginā Theologiā incedere mediam dirigen
tem illas atq; formātem: legesq; suas catholicis patrum
decretis santientem. Floruit inquā maiorum seculo. flo
rebit letius infallabilibus argumentis minorū euo. Ho
nis eñ vicibus studia feruent: repetitōes publice magna
nostri honoris pars institute sunt magistroꝝ facultatis
artiū prudentissimis consilijs: quorū sana frustrari consi
lia tam difficile duco: q̃ ioui fulmina: herculi clauā: aut
homero versum extorqueri. Quid eñ tāta peritissimorū
viroꝝ turba nostre reipu. cōmoda non calleat? callet cer
te: et sic vniuersa statuit vt scholarib⁹ cōmoditati futura
nemo nō videat: de me ceterisq; publico labore questū pe
tentib⁹ taceo. tenuiora fore emolimenta pspiceo. Celites
clementissimi meā fallant opinionē velim: p nobis forte
cōsultissima hec institutio erit. Singula iamiā suo teno
re pergūt approbata et sancita illustrissimi ⁊ clementissimi
principis nostri Georgij voluntate et gratiosa autorita
te. Que sint repetitōes queris? Gramatica dialectica phi
sica sortem obtinuere suam: nō minor tñ reliquis artib⁹
sacris dignitas est: suus illis honos stat. Ex his cū ma
gistroꝝ votis vna mihi cōtigerit rhetorica publice p fe
stos dies legenda nouicioꝝ profectus ⁊ temporis angu
stie rationū habere oportebat. Ob id mei plutei opes p
errans: quid huius artificij ingestum haberet exploraui

Occupato enim mihi mox ſubeũdi oneris temp⁹ imminebat:et explicande induſtrie vim in ꝓpriã editionẽ vetabat. Alienis igit̃ opib⁹ vti coactus ſum. Incidit aũt manibus Antonij Mancinelli viri ſane docti et diſcerti libellus de modo ſcribendi et orãdi:quẽ ⁊ tempori accommodatũ et auditorib⁹ frugi fore ducẽs:impreſſoris officine trãſcribẽdũ tradidi:quo plurib⁹ vſui eſſet. Tibi quoqꝫ amico mihi neceſſario et lr̃aꝝ humanitatis ſtudioſo muneri dicandum deſtinaui. Semper enim dicendi copiaꝫ iuſto proſecutus es ſtudio:et eo nunc ſtatu es quo multũ hac re ornamenti conſequi poteris At ſi minus dignitatis aut commoditatis polliceri videtur liber contractus q̃ꝫ induſtria tua ali grauioribus aſſueta exigit. tuoꝝ ſaltẽ libroꝝ comitem eſſe ſedulum et ornamentũ patiare:⁊ grato illum animo excipe Me autem vt ſoles diligas velim Uale ex lyptzk. M.CCCC.xcvi.ſexto kal͂.decẽbris.

Anthonij Mancinelli Veliterni Scribendi Orandiqꝫ modus: ad Valeriū Criſpinum iuriſconſultū eximium. Ciuemqꝫ Veliternum q̄ optimum et generoſum.

Ampꝛidem Valeri mi diſertiſſime Scribendi oꝛādiqꝫ modū: pꝛo tuis in me offitijs: ſummaqꝫ in meos omnis beniuolentia tibi dicare ſtatueram. Alijs tñ grauioꝛibus occupato hactenus nulla fuit vnq̄ꝫ occaſio. Nunc vero explicitus aliquantulum. quecunqꝫ de ratione dicendi collegerā ad te mitto patrie lumen. Es enim ad excogitandum pꝛudentiſſimus: ad faciendū ſolertiſſimus: natura admirabilis induſtria ſingularis: verbiſqꝫ expeditus. Unde in maximis cauſis verſatus patronus optimus diligenſqꝫ in illis cognoſcendis et componēdis es habitus. Sepiuſqꝫ a Senatu populoqꝫ Veliterno oꝛatoꝛ ad pꝛincipes: maximūqꝫ pontificem electus: cauſam oēm ex animi ſententia obtinebas. Quocirca et honoꝛes ⁊ pecuniam ⁊ gratiam apud oīes es conſecutus. Conſequētur eadem (vt facile datur intelligi) Laurentius: Lactantius. Quintilianus. Hippolitus filij tui. Sūt enim magna indole pueri: ſummoqꝫ ingenio pacuti: Veliterniſqꝫ omnibꝰ q̄ gratiſſimi. Ad eoꝛum igitur commoda Scribendi oꝛandiqꝫ modū tibi conſultiſſime Valeri anime dimidiū mee dedico. Vale et Salue cum tota pꝛole. Datū Venetijs decimonono kal. Junias. M. CCCC. xciij.

¶ Orationis initium. Tit. i.

ARis sonus ab initio olim cõfusus erat: q̃ tandem paulatim vocez discernẽs: res om̄is suo nomine appellauit. Mercuriũ aiunt apd egyptios p̄mũ verba in ordinẽ redegisse: multisq; rebus imposuisse noia fuisse quoq; litteraꝝ inuẽtorem: instituisseq; quo honore: quibusue sacris colerent dij: de quibus omnibus Diodorus volumie primo. Athenis aũt primũ se orator extulit primumq; etiam monumentis et litteris oratio est cepta mãdari: qd Cicero de claris oratoribus meminit. Atq; Fabius Quintilian⁹ li. tertio edocet. Antiphon orationez primus omniũ scripsit. At Laertio teste. Socrates cũ Aeschine discipulo primus oratorie campos aperuit Romanorũ autem primus artis rhetorices condidit aliqua. M. Cato censorius. M. Antonius inchoauit. precipuũ vero lumen: sicut eloquẽtie: ita p̄ceptis quoq; eius dedit vnicum apud nos specimen orandi docendiq; oratorias artes. M. Tullius de quo Fabius li. tertio lati⁹ scribit. Atq; vt Suetonius asserit: rhetorice artis facultas apd romanos adeo floruit vt no nnull ex infima fortuna in ordinem senatoꝝ: atq; ad sũmos honores processerint. Grãmaticus p̄terea Rhetoricen docens Rhetorꝫ offitio fungit non suo: vt inq̃t Fabius li. secdo: vbi eciam monet grãmaticen et rhetoricen vna esse tradendas.

¶ Epistola quid: et vnde dicitur. Tit. ij.

EPistola est quasi certa quedã nuntia nostrarum rerum: interdum alienarũ: ⁊ fida interpres mẽtis nostre. Cui que volumus ptim nostro noie: partim aliorum absentibus significare cõmittimus Descendit autem epistola a medio paracimeno: id est p̄terito perfecto huius verbi epistello: quod est significo: mitto: mando: iubeo: naz amitit vnum l in futuro: et dicitur epistelo deinde e in penultima futuri mutatur in o in penultima

paracimeni et dicitur epistola: vnde nos ep̄lam dicimus quam illi epistolin vocant.

¶ Epistolare offitium quid. Tit. iij.

Pistolare offitiū ē de re familiari: aut de quottidiana conuersatione aliquid scribere: et quodammodo absentes inter se presentes fieri: dum mutuo quid aut velint aut quid gestum sit nuntiant. Licet interdū confabulatōis tale conuiuiū doctrine quoq̧ sale condiatur. Ita quidem Jeronimus in ep̄la ad Marcellam scribit.

¶ Ep̄larū genera. Tit. iiij.

Pistolarū gn̄a tria sunt potissima: vt Cicero ad curionē inq̄t. Sed vnū illud certissimū: cui⁹ causa res ip̄a inuēta est: vt certiores facerem⁹ absentes: si q̄d esset: qđ eos scire aut nostra aut ipoꝝ interesset. Alteꝝ familiare et iocosum. Tertiū seueꝝ et graue.

¶ Ep̄le modus et qualitas. Tit. v.

Texuntur ep̄le quottidianis verbis: vnde et quedam etiam negligentia est diligens. vt Cicero meminit in libro de perfecto oratore: nam vt mulieres esse dicuntur nonnulle inornate: quasi idipsum deceat: sic humilis et subtilis oratio: etiam incompta delectat. Sermo purus erit et latinus: dilucide planeq̧ dicetur. In dicendo enim vitium: vl' maximum est ab vulgari genere orationis: atq̧ a cōsuetudine cōis sensus abhorrere. Unde et Aulus Gellius li. xiiij. c. viij. diui Augusti ep̄las elegantia orationis neq̧ morosa neq̧ anxia: sed facili hercle ꝛ simplici laudat. Plini⁹ quoq̧ iunior ad Thuscuꝫ ait. Et pressus sermo: purusq̧ ex ep̄lis petitur. Seneca item ad lucillum epistola. lx. inquit. Minus tibi accuratas a me epistolas mitti: quereris. Quis enim accurate loquitur: nisi qui vult putide loqui ? Qualis sermo meus esset: si vna sederemus: aut ambularemus:

illaboratus et facilis: tales volo esse epistolas meas: que nihil habeant accersitũ nec fictũ: sed si fieri posset: q̄d sentiã ostendere q̄ȝ loqui mallem. Nõ mehercule ieiuna esse et arida volo: que de rebus tam magnis dicenť: neq̄ȝ em̄ philosophia ingenio renuntiat. Multũ tñ ope impendi verbis non oportet. Epistola etiam. xlv. inquit. Sed ne epistole modum excedam: que nõ debet sinistram manũ legentis implere, in aliũ diem hanc litem cuȝ dyalecticis differam. ¶ Noscendum tñ epistolã sinistrã legentis implere: quum longior fuerit: tunc em̄ et dextra ⁊ sinistra teneri necesse est. ¶ Epistole aũt initiũ hmõi fere solet esse M. Tullius Terentie salutem. Terentia Marco Tullio salutem. Semper em̄ scribentis nomen preponitur: etiã inferioris. Unde ⁊ Anachparsis scythe philosophi ad Ammonem regem epistola ita incipit. Anachparsis ammoni salutem. De quo latius Cice. li. iiij. tuscu. Itẽ Rex Alexander Iouis ammonis filius olympiadi mr̄i salutẽ dicit. De quo Gellius li. xij. c. iiij. In calce vero epistole ponetur Uale. Cura vt valeas. Bene vale et me dilige. fac valeas: meq̄ȝ ames Tu fac qd̄ facis: vt me ames: teq̄ȝ amari a me scias Uale. Da operã vt valeas: meq̄ȝ ames amore illo tuo singulari. Ualebis igiť: meq̄ȝ vt a puero fecisti amabis. Cura te diligenter: Uale. Cura mi Iuli vt valeas: hoc mihi gratius facere nihil potes. Uiue ⁊ vale Uale etiã atq̄ȝ etiam. Ponetur inde data: vel Datũ: inde dies et numerus annorũ christiane salutis: et in locus ip se vnde epistola mittitur. ¶ Epistole deniq̄ȝ formula erit eiusmodi: Antonius Mancinellus Ualerio Crispino salutem. Spectata fides et amor in me tuus egerunt: vt tibi q̄ȝ alteri potius scriberem: cõmendaremq̄ȝ res meas omnis et liberos. Itaq̄ȝ me absente (absum siquideȝ iter dierũ nouem) oro ac obsecro illorũ curam suscipias qualem forte pro tuis me rebus ac liberis subire velles. Cu-

ra rem diligẽter: nihil enī gratius mihi vnq̄ effities. Vale ac salue: Meq; vt soles ama. Datū Venetijs decimo kalēdas iunias. Anno christiane salutis. M. CCCC. xciij. Ubi vero litteras obsignaueris: illius nomē ad quē littere ipe perferende sunt: huiuscemodi verbis extra vocabitur. Ualerio Crispino iure consulto eximio: ciuiq; veliterno q̄ optimo: suo ac fratri. Poteris et te intus in calce subscribere si volueris hoc pacto. Idē tibi deditus deuotusq; cliens. Caue seruitor dicas: vt vulgo assolet. Cliens enim latinum est et in hoc proprium.

¶ Littera et littere. tit. vi.

Ittera in singulari numero significat elementū ipm: vt A B. Vel manū scribentis: vt ad Atticum Cicero: Nam Alexidis manum amabam: q tā prope accedebat ad similitudinē tue littere. In plurali vero epistolam: preterq̄ apud poetas: qui pro epistola versus gratia in singulari semper vtuntur: vt Ouidius Quam legis abrapta briseide littera venit. Nam qd Cicero ad Celium scribit ad se nullam litteram Bibulū misisse. ita ait: quasi nullū verbum misisse: qd vt vehementer extenuaret: non dixit verbum aut syllabam. sed litteram. Frequentissimū igitur est littere pro ep̄la.

¶ Bine littere. Due ep̄le. tit. vij.

Icendum est vnam ep̄lam duas: tres: quatuor: quinq; ep̄las. Unas vero litteras: binas: ternas quaternas: quinas: senas: septenas. &c. Nūq̄ aliter: vel rarissime: quale esset: Unas: binas: ternas epistolas: duas tres quatuor litteras. Si tamen dicas accepi abs te binas litteras: non subiungas quarū alteri respōdi per proximū tabellarium: alteri nunc respōdeo: sed alteris. De epistola vero apertū est: vt accepi duas epistolas: quarū alteri iam respondi. alteri nunc respondebo.

¶ Calende. None. Idus. tit. viij.

Calende dicũtur a calo: id est voco teste Macrobio li. i. sat. qui solebat Rome minor põtifex noua cõspecta luna plebem vocare: vt audiret quot dies a calendis ad nonas superessent: et hoc ideo: quoniaꝫ nonaꝝ die oportebat populares qui in agris essent confluere in vrbem: accepturos causas feriarum a rege sacrorum sciturosq3 quid esset eo mense faciendũ. vnde quidam hinc nonas estimant dictas: quasi noue initium obseruationis. Uel ꝙ ab eo die semper ad idus nouem dies putantur. Uel none dicuntur a non. Nullus enim deus habuit festum in nonis. Unde Ouidius li. i. fastorum ait. Nonarum tutela deo caret. Erant preterea Calende omnes Junoni dicate: quia initiũ mensium maiores nostri ab exortu lune seruabant. Jure itaq3 Calendas iunoni addixerunt lunam ac iunonem eandem putantes Uel qꝛ luna per aerem meat. Juno aũt aeris arbitra est: merito initia mensium. i. calẽdas huic dee consecrauerũt. Putant aliqui idus ꝙ eo die plena luna videatur: a videndo vidus appellatos: mox litteram u detractam: vt Macrobius ait: qui etiam scribit ita: Idus vocamus diem: qui diuidit mensem. Iduare enim hetrusca lingua diuidere est vnde vidua quasi valde idua: id est valde diuisa. aut vidua id est a viro diuisa. Erant autem idus omnes ioui tribute et omnibus idibus ioui immolabatur a flamine.

¶ Quot dies: Nonas: Idus: mensis habet. tit. ix.

Junius. Aprilis. September siue Nouember
Triginta luces: reliquis tamen vna supersit
Octo et viginti februarius accipit ortus.
Si bissextus erit tunc vnus iungitur illis.
Prima dies mensum romanis esto calende.
Sex nonas maiusue october iulius et mars.
Quatuor ast alij: tenet idus quilibet octo.

Idibus expletis quot luces quere supersint.
Inde diem mensis primum superadde sequentis;

¶ Habito quot dies mensis habet denominatos a nonis et idibus sicut in exēplo patebit. Subtractis nonis et idibus residui dies erunt calende. Notandū tñ numerū in ablatiuo. Nonas aūt ꝛ idus in accusatiuo poni debere. sed inter numerandū prepostero vtemur ordine. sitqꝫ exemplo Julius cōtinens diem vnum et triginta. Nonas vero sex. Dic igitur.

¶ Calende

Calendis iulijs: vel intra calendas iulias die primo iulij

¶ None.

Sexto nonas iulias die ij. iulij.
Quinto nonas iulias die iij.
Quarto nonas iulias die iiij.
Tertio nonas iulias die. v.
Pridie nonas iulias die. vi. Nonis iulij die. vij.

¶ Jam finitis nonis reliquos octo dies similiter iduum cognominatione notabimus.

¶ Idus.

Octauo idus iulias die octauo iulij.
Septimo idus iulias die nono.
Sexto idus iulias die decimo.
Quinto idus iulias die vndecimo.
Quarto idus iulias die duodecimo.
Tercio idus iulias die tredecimo.
Pridie idus iulias die decimoquarto
Idibus iulijs die decimoquinto.

¶ Nunc reliquos iulij mensis quotquot superfuerint dies calēdarū appellatione significabis: que quidē sunt futuri mensis: neqꝫ ordinis: neqꝫ numerationis ratōne mutata. Supersunt deniqꝫ dies. xvi. addēdoqꝫ primū mensis sequentis diem erunt. xvij. Itaqꝫ dices.

¶ Kalende.

Decimoseptimo calendas augusti die.xvi.iulij.
Decimosexto kalendas augusti die.xvij iulij.
Decimoquinto kalendas augusti die.xviij.iulij.
Decimoquarto kalendas augusti die.xix.iulij:
Decimotertio kalendas augusti die.xx.iulij.
Decimoscdo vl' duodecimo kalēdas augusti die.xxi.iul.
Decimoprio:vel vndecimo kalēdas augusti die.xxij.iulij
Decimo kalendas augusti die.xxiij.iulij.
Nono kalendas augusti die xxiiij.iulij.
Octauo kalendas augusti die.xxv.iulij.
Septimo kalendas augusti die.xxvi.iulij.
Sexto kalendas augusti die.xxvij.iulij.
Quinto kalendas augusti die.xxviij.iulij.
Quarto kalendas augusti die.xxix.iulij.
Tertio kalendas augusti die.xxx.iulij.
Pridie kalendas augusti die xxxi.iulij.

¶ De quinqꝫ partibus artifitiose eloquētie. Tit.x.

Quinqꝫ partibus artifitiosa eloquētia cōstat. Inuentione. Dispositione. Elocutione. Memoria. Pronūctiatiōe. Est em̄ opus inuenire q̄d dicas Inuenta disponere. deinde ornare verbis.post memorie mandare. Tum ad extremū agere et pnuntiare cum dignitate et venustate. Inuentio itaqꝫ est excogitatio rerū veraꝝ:aut verisimiliū:que causam pbabilē reddant. Dispositio est ordo et distributio reꝝ:que demonstrat quid q̄bus locis sit collocādū. Elocutio est idoneorū verboꝝ et sententiarū ad inuentōem accōmodatio Memoria est firma animi reruꝫ:ac verboꝝ et dispositionis preceptio. Pronūctiatio est vocis:vultus:gestus:moderatio cū venustate ¶ Inuentio in sex partes orōis consumit. In exordiū. Narratione. Diuisionem. Confirmatōem. Confutationem. Cōclusionem. ¶ Exordiuꝫ est principiū ora

tionis per quod animus auditoris vel iudicis ꝯstituitur vel apparatur ad audiendū. ¶ Narratio est rerum gesta rū aut proinde vt gestarū expositio. ¶ Diuisio est ꝑ quaʒ aperimus q̄d conueniat: quid in cōtrouersia sit et ꝑ quā exponimus quibus de rebus simus acturi. ¶ Confirmatio est nostrorū argumentorū expositio cuʒ asseueratiōe ¶ Confutatio est contrariorū locorū dissolutio ¶ Conclusio est artificiosus terminus orationis.

¶ De Phrasi id est Elocutione. Tit. xi.

Uintiliano teste li. viij. Quam greci Phrasin: latine dicimus elocutionē. Sed eam spectam⁹ verbis aut singulis: aut cōiunctis. In singulis intuendū est: vt sint latina ꝑspicua ornata: et ad id q̄ð efficere volumus accōmodata. In cōiunctis: vt emēdata vt collocata vt figurata. Elocutōis aūt pars difficillima: Unde et. M. antonius apud Ciceronem de oratore ait a se disertos visos esse multos: Eloquētem ꝟo neminem Disertos satis putat dicere q̄ oportcat: ornare aūt dicere ꝓpriū esse Eloquētissimi. Elocutio deniq̄ꝫ Cicerone autore li. iiij. Ad herenniū cōmoda ⁊ perfecta que maxime ad modum orationis accōmodata est: tres res in se debet habere: elegātiam: cōpositionem: dignitatem. Elegātia est que facit vt vnūquodq̄ꝫ verbum pure et aperte dici videatur Hec diuidit in latinitatē et explanatōeʒ. Latinitas est q̄ sermonem conseruat purum ab omni vitio remotuʒ. Uitia in sermone: quo minus is latinus sit: duo possunt eē. Soloecism⁹ et Barbarismus. Explanatio est: que reddit et apertam et dilucidam orōnem. Ea comparatur duabus rebus. Usitatis verbis et ꝓprijs. Usitata sūt ea que versant in sermone ⁊ ꝯsuetudine quotidiana. propria que eius rei verba sūt: aut esse possunt: de qua loquūtur. Cōpositio est verboꝝ constructio equabiliter perpolita. Dignitas est: que reddit ornatā orōem: varietate distinguēs

¶ Soloecismus.

¶ Soloecismus est incõueniens romano sermoni iun-
ctura verborum: contra regulã artis grammatice posita: vt
Diomedes scribit. fit aũt modis generalibus quatuorde
cim: Immutatione generum: vt dicendo purpurea narcis-
sus: pro purpureus narcissus. Immatatione casuũ dicẽ-
do Urbem quam statuo vestra est: p vrbs. Immutatiõe
numerorum: vt pars in frustra secant p secat. Immutatione p
sonarum: vt Danai qui parant atridis: quam primũ ar-
ma sumite: p qui paretis. Immutatõe temporum. Ut nec
veni nisi fata locũ: sedẽq; dedissent. pro nec venissem Per
qualitates vel significatões verborum: vt Expoliant eos.
et corpora vnda relinquũt. Per modos verborum. At ru-
tulo regi ducibusq; ea mira videri; p videbant. Per ad-
uerbia localia: vt intus eo. intro sum p intus sum: eo intro
Per prepositiones quũ alia pro alia ponit: vt sub lucem
ibant; p ante lucem. Per gradus: vt bonus aut melior om
nium pro optimus: vel econuerso. Per coniunctiones: vt
subiectisq; vrere flammis: p ve. Per geminationem ab-
nuendi: vt nihil nunquam peccaui. Cum dici debeat Nunquam
vel nihil vnquam peccaui. Per accentus vt siquis pnũtiaret
sine accentu in fine pone. falso. Una que quidem differen
tie causa in vltimo accentum habent. Ut priscianus ad-
monuit. Per ordinis immutationem. Ut: Autem fieri
non debet: pro fieri autem non debet Sunt et qui pu-
tent ait Diomedes. Soloecismum esse. si demõstrantes
virum: hanc dicamus. aut feminam: hunc. Aut interro-
ganti quo pergamus. respondeatur Rome. Aut vnum
salutantes. Saluete dicamus. Cum vtique precedens de
monstratio: interrogatio: vel salutatio: vim concepte ora
tionis contineant. Soloecismus autem est in prosa. In
poemate enim Schema dicitur. i. figura siue cultus.

¶ Barbarismus.

¶ Barbarismus est ꝯtra romani sermonis legẽ: aut scri
pta aut ꝓnũctiata vitiosa dictio. fit eñ in vna parte ora-
tionis tantũ. Sed id vitiũ in soluta oratione nomẽ suũ
optinet: dicit̃ eñ Barbarismus id est dissonãs: apud po
etas aũt. Metaplasmꝰ vocat̃ id est transformatio. Quin
tilianus item. li. i. docet. Barbarismũ esse vniꝰ ꝟbi vitiuz.
Fit deniqꝫ duobꝰ modis. Scripto ⁊ ꝓnũctiatiõe. et hoc
quadrifariam adiectione detractione mutatione Trans-
mutatõe littere sillabe. Tpis. Adiectione littere fit Bar-
barismus: vt reliquias danaũ: pro reliquias. Sillabe: vt
mauors ꝓ mars. Te tuli ꝓ tuli: alituũ pro alitum. Tem
poris: vt. Italiam fato profugus: vbi prima sillaba cum
corripi debeat: ꝓducitur. Detractione littere fit Barba-
rismus: vt infatibus ꝓ infantibus. Sillabe: vt salmentũ
ꝓ salsamentũ. Temporis vt. li. viij. en. feruere leucatem au
roqꝫ effulgẽt fluctus. Mutatõe littere fit Barbarismꝰ vt
olli ꝓ illi: asuenio pro aduenio. Sillabe vt ꝑnuces pro.
pernices. Temporis: vt feruere leucaten Unius obnoxi
am Transmutatõe littere fit Barbarismus vt legio ꝓ re
ligio. Trantmutatõe littere fit Barbarismus vt lerigio:
ꝓ religio. Timbre pro timber. Tpis vt philosophia pe-
nultima correpta: et dña dñs ꝓducta penultima.

¶ Ambiguitas.

¶ Uitanda imprimis. Ambiguitas (teste fabio. li. viij. q̃
incertũ intellectũ facit: vt Chremetẽ audiui ꝑcussisse de-
meã.

¶ Perspicuitas siue Claritas.

¶ Nobis prima sit virtus ꝑspicuitatis: ꝓpria verba. rectꝰ
ordo. nõ in longũ dilata cõclusio. nihil deniqꝫ desit: neqꝫ
supfluat. ita. Sermo et doctis ꝓbabilis: et planus impe
ritis erit. Magna virtus est: res de quibꝰ loquimur cla-
re atqꝫ vt cerni videant̃ enũctiare. ¶ Ut constitit in diglu
tos ex templo. arrectus vterqꝫ. Et in descriptione. Con

uiui luxuriosi: Uidebar videre alios intrātes. alios vero
exuntes: quosdaz ex vino vacillātes: quosdam besterna
potatōne obscitātes. humus erat immūda: lutulēta vino
coronis languidulis et spinis coopta pisciū. Quid plus
videret: pui interesset: Contingit eadem Claritas ex acu-
cidentibus: vt Et trepide matres pressere ad pectora na-
tos.

¶ Obscuritas.

¶ Pessima sunt que verbis apta ocultās sensus habent
fit etiam obscuritas verbis ab vsu remotis: vt si cōmenta-
rius quis pontificum: et vetustissima federa: et exoletos
scrutat⁹ autores: idipsum petat ex ijs que inde cōtraxerit
quod nō intelligat. hinc em̄ aliqui famē eruditionis af-
fectant: vt quedam soli scire videant. At qui cicero satis
aperte preceperat: in dicendo vitiū vel maximum esse ab
vulgari genere orationis: atq; a cōsuetudine cōmunis sen-
sus abhorrere. Scripserat et. C. Cesar vt tanq; scopulū
sic fugias inauditū atq; insolens verbū. hinc phauorinus
philosophus adolescenti veterū verborū cupidissimo ait
(vt Gellius refert) Uiue moribus preteritis loquere ver-
bis presentibus.

¶ Uerbū humile et sublime.

Sicut in oratione nitida notabile humili⁹ verbū: et ve-
lut macula: ita in sermone tenui sublime nitidūq; discor-
dat. fitq; corruptū. quia in plano tumet.

¶ Macrologia.

¶ Uitanda macrologia: idest longior q; oportet sermo:
vt apd̄ Liuium: legati nō impetrata pace retro domū vn-
de venerant abierunt.

¶ Periphrasis.

¶ Sed huic vicina periphrasis habetur: idest circuitus
eloquendi: vel circūlocutio. Fit em̄ cū id qd̄ vno aut pau-
cioribus verbis dici potest pluribus explicat: vt illud oui-
um teneros depellere fetus. i. agnos

¶ Pleonasmos.

¶ Est & pleonasmos vitium: quum superuacuis verbis oratio oneratur: vt ego oculis meis vidi.

¶ Corrupta oratio.

¶ Corrupta oratio in verbis maxime improprijs redundantibus cōprehensione obscura cōpositione fracta vocū similiū aut ambiguarū puerili captatione consistit.

¶ De cōpositione et Auriū iuditio.

¶ Cōpositio quidem verboꝝ non ex anxio labore venit: sed vsu atq; exercitatiōe perpetua: que magis fluat de ea. auribus iudicet: qui velut arbitre cōpositionis esse debēt: vt Diomedes ait. Quod item Gellius asserit: vbi ait M. Tullium in oratione pro Pompeio. Explicauit maluisse dicere q̄ȝ explicuit. dixit eīm: Sed cōsilij celeritate explicauit. Nam si explicuit dixisset: imꝑfecto et debili numero verboꝝ sonus clauderet. Aures deniq; (vt fabius scribit) plena sentiūt: parū expleta cōsiderant. fragosis offendunt leuib[9] mulcent: contortis excitant. stabilia ꝓbant. clauda deprehendunt. redūdantia ac nimia fastidiūt. Compositio itaq; debet esse honesta: iucūda: varia In omni porro compositōe tria sūt necessaria teste Fabio li. ix. Ordo. Iūctura. Numer[9].

¶ Ordo.

¶ Ordo cōpositio est verboꝝ aptis et accōmodatꝫ locis. Ordinis igit obseruatio in ꝟbis ē singulis & ↄtextꝫ Singula sūt que Asintheta vocant: id est sine cōpositōne: vt Cesarꝫ illō deuicto fugatoq; pharnace. Veni Vidi. Vici. de quo Apianus li. ij. Et illō. Amicus: familiaris; necessarius tibi sum. In ijs aūt cauendū ne decrescat oratio et fortiori subiungat aliquid infirmius: vt sacrilego fur: aut latroni petulans. augeri. n debēt sentētie: & insurgere: Vt quod sequit magis eo sit: quod antecedit: vt nobilis egregius. magnificus. illustris. Crudelis. immanis. fur et

sacrileg⁹. ¶ Contexta aũt eiusmodi. Cũ iustitiã esse illam
apertissime constat: ex qua et oppida et ciuitates ⁊ prouin
tie et regna atq; imperia gubernant͂. cõseruanturq;: ⁊ am
plificant͂: omnem cogitationem et diligentiã: actiões, for
tunasq; nostras nos deniq; totos libẽter exponere debe⁹
mus: vt ea ip̃a iuris equitas diligenter excolat͂. Est ⁊ ali⁹
us naturalis Ordo: vt viros ac feminas: diem ac noctez
ortũ et occasum dicas poti⁹ q̃ȝ retrorsum. Item pater ge
nuit: nutriuit: in rẽp. collocauit. Quedaȝ ordine pmutato
fiũt supuacua: vt Castor et Pollux fratres gemini cũ fi
nitimis bellũ gerebãt: nã si p̃cesserint gemini fratres adde
re non est necesse: Terenti⁹ tamen in andria, inquit. Si
te in germani fratris dilexi loco.

¶ Uerbũ in fine.

¶ Uerbo sensuz claudere mlto si cõpositio patiat͂ optimũ
est: in ꝟbis eñ sermonis vis inest et si id asperꝝ erit: cedat
toratio numeris. ¶ Actũs. Rect⁹. Uerbũ.

¶ Locãde sũt partes iuditio auriũ quoquo loco: hinc ip̃a
orõ nõ solũ formãda electõe sed ɔstructõe ꝟborꝝ vt primo
de ora. habet͂. Itaq; dicẽdo. Scipio aphricanus deleuit
Carthaginẽ. culti⁹ ꝟso ordie dicet͂: Carthaginẽ Scipio
aphrican⁹ deleuit Debes igit͂ accusatiuũ preponere inde
rectũ: postea verbũ: si aures id patient͂.

¶ Gti. Dti. Ablti in principio.

¶ Genitiul. Dti. Ablti initio clausule ponent͂. Exemplũ
est. Epistolaꝝ gña multa esse nõ ignoras. Domi fili⁹ nu
trias cõparabat. Tibi patrimoniũ dij fortunẽt Fabio vi
ro optio. et hoie doctissimo familiarissime vtor. In prelio
mortẽ pr̃ appetebat. ¶ Adiectm̃ añ substantiuũ.

¶ Adiectm̃ nomẽ substantm̃ p̃cedat: vt optia ꝟtus: diui
nũ ingeniũ. ¶ Pronoia post substantiua.

¶ Pronoia substãtiuis vt plurimũ postponant͂ vt patria
nostra: filius tu⁹: littere mee.

¶ Prepositiones

¶ Prepositiones inter substātiua et adiectiua inserunt: vt ferace in agro: Ornatissimo in loco. Ceteris in rebus. hanc ob causam. Iustis de causis.

¶ Interpositio decēs.

¶ Usurpamus et alia hoc mō. Mea in istū beneficia cognosiţ. Maxia in rēp. diligētia. Sūma in hospites liberalitas.

¶ Prepositōes Coniūctionesq; detracte.

¶ Detracte aūt ꝑpositiones. coniunctionesq; etiam aliq̄d obscuritatis afferunt: etsi gratiam augēt: vt et Suetoni⁹ scribit. Itaq; augustin⁹ vt animi sensum q̄ꝫ aptissime exprimeret: nec ꝑpositiones verbis addere: nec coniūctōes sepius iterare dubitauit. hac aūt in re. Serui⁹ Sulpiti⁹ erit exemplo quū ait: post me erat egina: ante megara. dextra pyreus: sinistra corinthus.

¶ Aduerbia.

¶ Aduerbia ꝓpe verbū frequentius poni decet: hinc M. Tullius ad celliū ait: fabio viro optimo et hoīe doctissimo familiarissime vtor.

¶ Genitiui inter alios casus.

¶ Inter alios casus genitiui apte ponunť: vt oīa reip. iura. Immania sceleratoꝝ hoim flagitia.

¶ Casus alij inter genitiuos.

¶ Inter genitiuos alij casus ornant oratōem: vt hui⁹ claritudo viri. hui⁹ quirides autoritas loci.

¶ Rectus inter accusatiuos.

¶ Rect⁹ inter accusatiuos ornat etiā orationem: vt hunc tu hominem appellas. Illum ego inertem odi.

¶ Negatiua dictio in fine.

¶ Negatiua dictio elegāter in fine orationis locať: vt Ciceronis illud ostendit. Tanq̄ꝫ vlysses cognosces tuoꝝ neminem: Dicitem: Scipione clariorem inuenies nullum. Tuo in me animo gratius est nihil.

¶ De Junctura

¶ Junctura est in verbis incisis mebris Periodis. Con
nexa igit series tris habet formas. Incisa: que cōmata di
cuntur: Membra que cola. Periodon que est vel ambi
tus: vel circumductū: vl' continuatio. vel conclusio. ¶ Cō
ma est sensus nō expleto numero cōclusus: plerūqꝫ pars
membri: vt domus tibi deerat ? at habebas. pecūia supe
rabat ? at egebas. Fit aūt et singulis verbis incisum. dixi
mus: testes dare voluim⁹. Incisum est diximus. ¶ Mem
brū ꝓo est sensus numerꝫ ɔclusus. Itaqꝫ fere incisa ꝛ mē
bra mixta sunt: et conclusionem vtiqꝫ desiderant. hec om
nia Fabius libro nono. Diomedes vero inquit. Cōma
est iuncture finitio: vt Et si vereor iudices: ecce vnū com
ma: ne turpe sit pro fortissimo viro dicere: iam factum est
colon id est membrum quod intellectui sensum pbet. sed
adhuc pendet oratio. deinde sic ex pluribus incisis mem
brisqꝫ fit periodos: id est extrema sentētie clausula. Peri
odos aūt longior esse non debet q̃ꝫ vt vno spiritu pferat

¶ Ca. Ca. Qui. Qui. Le. Le.

¶ Cōmissa inter se verba duo ex vltima fine prioris ac
prima sequētis syllaba: turpe q̇d sonat: vt ceca caligo. do
rica castra. Reliqui qui rites. Ille legit. Amor mortalis.

¶ Luce lucebat. Natam natam.

¶ Uidendum etiam ne syllabe verbi prioris vltime sint
prime sequentis: vt Ciceronis illud in somnio Scipio
nis: luce lucebat aliena. et in carmine. O fortunatam na
tam me consule romā. Et illud Seruij Sulpitij. Decre
ui breui ad te perscribere.

¶ Uocalium concursus.

¶ Creber vocaliū concursus: quum accidit hiat et inter
sistit et laborat oratio: vt ibi: Ego omi offitio ac potius
pietate erga te ceteris satisfatio omnibus. Et ibi: Egre
dere a domo aliena Antoni.

¶ Eiusdem littere assiduitas.

¶ Vitāda est eiusdē lr̄e nimia assiduitas: vt illud Ennij O tite tute tati tibi tanta tiranne tulisti. Item Machina multa minax minatur maxima muris. Item Cassius curās custodire cōem ciuitatē. et ceteri de re certa certātes: Cesarem ceperūt.

¶ Eiusdem verbi assiduitas.

¶ Eiusdem quoqꝫ verbi assiduitas nimia fugienda est vt illud. Nā cuius rōnis ratio nō constat ei rōni est fidem adhibere.

¶ Consonantes asperiores.

¶ Consonantes asperiores in cōmissura verborum rixantur vt Sextus roscius. Ars studiosorum. Error romuli.

¶ S. cum. X.

¶ S: vltime. X. prima stridor est vastus: vt fluuius Xanthus Deceptus Xerxes. Itē si post X sequatur. S. vt nix solita. Et si X alteri occurrat: vt rex Xerxes. Dux Xanthippus. virtutis lux Xenophon.

¶ In. S. desinentia.

¶ Plurime quoqꝫ dictōis in. S. terminate nō bene conueniunt: vt illud. Signis nobis nouas p̄ceptiōes Itaqꝫ signis noua p̄cepta nobis erit suauius.

¶ Monasyllaba.

¶ Monasyllaba si plura sūt male ꝯtinuabuntur: vt Horatij illō satyra prima. An ni id fit. et Terentij in Eu. Et cū eo clā tu te subduxisti mihi.

¶ Dissyllaba.

¶ Breuiū quoqꝫ id est dissyllaborū verborum ac nominum vitanda ꝯtinuatio. vt Sed sese ipos fontes esse dicāt. et illud. Necesse est eius rei summus artifex sit.

¶ Pentasyllaba.

¶ E diuerso itē longorum. i. pētasyllaborum: afferūt. n. quādā dicendi tarditatem: vt imperitorum intelligētia.

¶ Similiter cadentia.

¶ Illa quoqꝫ vitia sunt eiusdem loci: si cadētia similiter et similiter desinentia et eodem mō declinata multa iunc

gantur: vt in Ennij illud Merētes: flētes: lachrymantes
ac miſerantes. Et illud: fortunatoꝝ imperatoꝝ: optimo
rumqꝫ rectoꝝ virtus magis q̄ fortuna laudat. Itez eos
reduci q̄ relinqui temni q̄ deſerti malui.

¶ Longa in fine.

¶ Videtur item ne pluriū ſyllabaꝝ ꝓbis vtamur in fine
vt ſi diceres: Feciſti contra Quintiliani ꝑcepta et inſtitu
tiões. Precepta em̄ apti⁹ poſtremo loco poſueris.

¶ Verſus in oratione.

¶ Verſum in oratione fieri multo fediſſimū eſt totuz: ſed
etiam in parte deforme: vtiqꝫ ſi pars poſterior in clauſula
deprehēdat. vt illud Bruti. quanq̄ ſciunt: conſtituūt pla
cuiſſe catoni. Aut verſus prior in ingreſſu: vt Liui⁹. Fa-
cturus ne operepretium ſim. hexametri enim exordio ce-
pit.

¶ Lōga vel breuia in principio.

¶ Optime incipitur a longis: recte aliquādo a breuib⁹ vt
Animaduerti Brute. Maxime aūt de ꝑdictis omnibus
iudicant aures.

¶ Ex Ab A Abs.

¶ Vtqꝫ Diomedes ait. Ex et Ab prepoſitiones: ſi ſe-
quens verbum a vocali incipiat: integre efferuntur: vt ex
oppido: ab illo. Si tamen conſonantes ſequuntur. ex-
tremam litteram perdunt: vt e foro. a marco. ¶ Simi-
liter ſi vocalis ſequatur conſonantis loco poſita: vt a iu-
none. e virtute: e vino. Priſcianus autem libro. xiiij. ſcri-
bit. Ab et Ex in appoſitōe vocali quidem ſequente ſem-
per preponi: vt ab illo. ex illo. Conſonante raro: et tunc
ſi nulla aſperitas vocis ꝓhibeat: vt li. ij aene. Ex quo me
dium pater atqꝫ hominuz rex. At li. i. de. xij. carminibus
inquit: A quidem vel abs vocali ſequente nō ponimus.
Ab vero non ſolū vocalibus ſequētibus: ſed etiam con-
ſonātibus quibuſdam nō male ſonātibus antecedēte ab:

vt abduco abdo. hec ille. licet igitur etiam dicere ab duce ab domo. Sepe denique reperitur ab consonante sequenti ꝑposita: quod latius in lima vallensi ostēdimus: vbi. Laurētius docet ab cū duabus liquidis et cū. l. q̄n fit consonās adiuugi solere: vt ab lege: ab legatꝫ: ab litteris: ab rege: ab ioue. Abs etiam ante. q. in appositione ponitur: vt abs quolibet. Ante. c. aūt vel. t. in cōpositione: vt abscōdo: ab strabo abstineo. dicitur item abs tito.

¶ Ex theatro. A theatro.

¶ Preterea vt quibusdā videtur: non idem est. Ex theatro venire: et a theatro Ex theatro se venire dicit: qui ex ip̄o venit theatro. Qui ṽo dixit a theatro: nō ex ip̄o theatro sed a loco qui proximus est theatro.

¶ Ad foꝝ et in foꝝ ire.

¶ Ad etiam prepositio et In non vnū idēque significant. nam in forum ire est in ip̄m foꝝ intrare. Ad forum ire in locū foro proximū: vt in tribunal et ad tribunal venire nō vnū est. Ad tribunal enim venit litigator. In tribunal vero ꝑtor aut iudex.

¶ De numeris: id est modulatione et cōsonantia ornate orationis.

¶ Nunc de Numeris: hoc est. Rhythmis. que sine certo fine moderantur: et tamen rationabiliter ordinatꝫ pedibus currūt: dicendū videtur. Nam veteres: vt scribit Cicero. li. quarto de oratore In soluta oratione numeros quosdā nobis esse adhibēdos putauerūt. Idque princeps Isocrates instituisse fertur: vt inconditā antiquorū dicendi consuetudinem. delectatōis atque auriū causa numeris abstringeret. Uersus aūt in oratione si efficitur coniunctione verborū vitiū est: et tn̄ etiam cōiunctionem sicuti versum numero se sedere et quadrare et ꝑficere volumus. In oratōe enim prima pauci cernūt: postrema plurimi. Rhithmus aūt est modulata imago versus: cum habeat pedum: tēporumque

iuncturam cum lenitate. Metrum certa qualitate ac numero sillabarũ temporũqȝ finitur: certisqȝ pedibus consistit. ac claudit. Rhithmus temporũ ac sillabarũ pedũqȝ congruentia in infinitũ multiplicat ac prenit: vt Diome. ait.

De Dignitate.

¶ Dignitas est que reddit ornatam orationem varietate distinguens. debet em̃ tractatio varia esse: ne qui audiunt defatigent similitudinis sacietate. Reficit aũt animos ac reparat varietas ipsa: hec in verboꝝ et sententiarũ exornatione diuidit. Verboꝝ exornatio est: quum ad ipsum sermonem ꝓpria: perspicua: ornata: idonea: electaqȝ verba accõmodant. Abiecta atqȝ obsoleta tollunt. Sentẽtiarum exornatio est que nõ in verbis: sed in ipsis rebus quandã habet dignitatem. Est em̃ Sententia oratio sumpta de vita generalem pnunciationẽ habens: breuiter hortans rem aliquã vel dehortans: vel demonstrãs: quale sit aliquid. Hortans quidẽ huiusmodi: erit optima viuẽdi ratio est eligenda: eam iucundã cõsuetudo reddet. Item oẽs bene viuendi rões in virtute sunt collocande: ꝓpterea ꝙ sola virtus in sua potestate est: Item: hi sapienter faciũt: qui adolescentes maxime castigãt. Dehortans vero talis Non oportet totam noctem dormire cõsultorem. Item heu nihil inuitis fas quenqȝ fidere diuis. Demonstrans. aũt. vt Obsequiũ amicos: veritas odium parit. Sententias deniqȝ interponi raro cõuenit. vt rei actores non viuendi preceptores videant esse: quũ ita interponent multum afferẽt ornamẽti: De exornatõibus aũt duas colores esset appellant libro quarto ad herenniũ Cicero latissime docuit. ibi ergo. Inspitiende.

¶ De laude et vituperatione. Tit. xij.

Laus est expositio: ãplificatioqȝ bonoꝝ que alicui accidũt persone vel cõmuniter vel priuatim. Cõmuniter: vt Laus hominis. Priuatim: vt laus.

L

Sacratio. Laudamꝰ tñ etiã res: vt iustitiã: vt muta aïa-
lia. Nec nõ etiã arbores et semina et mõtes et fluuios ⁊ si
milia. Sciendũ ꝙ demonstratiuũ genus diuidit in laudẽ
et vituꝑatõem. q̃bus aũt ex rebus laudem constituerimꝰ:
ex contrarijs rebꝰ erit vituperatio comparanda. Loca vero
laudis vel vituperatõis poterũt esse Rerꝝ exteriarũ. Cor
poris: et Animi.

¶ Deorꝝ Laus.

¶ In deis aũt generaliter primũ maiestatẽ ipius eorꝝ na
ture venerabimur: deinde ꝓprie vim cuiusqꝫ et inuẽta que
vtile aliq̃d hominibꝰ attulerũt. Uis ostendit: vt in ioue
regendorꝝ oim. In Marte belli. In Neptuno maris. In
uenta vt artiũ. In Minerua. In Mercurio litterarum.
Medicine appolline. Cerere frugũ. Libero vini. Tum si
qua ab his acta vetustas tradidit cõmemorãda. Addunt
etiã dijs honorẽ parentes: vt siquis sit filiꝰ iouis Proge-
nies quoqꝫ: vt Apollo ac diana Latone.

¶ Hominũ Laus.

¶ Magis est varia laus hoĩs: nã primuꝫ diuidit in tpa
q̃dqꝫ añ eos fuit. quoqꝫ ipsi vixerunt. Ante hoĩeꝫ patria
parẽtes: maioresqꝫ erunt. Illa quoqꝫ ex eo ꝙ añ ipm fuit
tpe trahent: que responsis vel augurijs futurã claritatem
ꝓmiserũt: vt eũ qui ex Thetide natꝰ esset maiorẽ patre suo
futuꝝ cecinisse dicunt oracula.

¶ Rerꝝ extranaꝝ sunt ea que casu aut fortũa scda. aut ad
uersa accidere possunt: vt Gens. Ciuitas. Genus. Edu-
catio. Diuitie. Potestas. Glorie. Amicitie et q̃ hmõi sunt
et ea que his sunt contraria.

¶ Corporis sũt ea que natura corpori attribuit commo-
da. Uelocitas. Uires. Dignitas. Ualitudo. et que contra
ria sunt. ¶ Animi sunt ea: que consilio et cogitatione no-
stra constant. Prudentia. Iustitia. Fortitudo. Modestia
et que contraria sunt.

¶ Ab Externis Laus.

¶ Ab externis rebus. Genus in laude: vt latinus grecus. Ciuitas vt venetus romanus atheniensis Genus in laude: quibus maioribus natus sit. Si bono genere: parem aut excelsiorem fuisse dicemus. Debemus quoque omnes progenitores insignes ad eum vsque quem laudatum. volumus memorare. et in singulis clarum aliquid summatim apponere. Si humili genere. ipsum in suis non in maiorum virtutibus habuisse presidium. In Vituperatione: si bono genere dedecori maioribus fuisse ostendimus: nam quosdam claritas ipsa notiores circa vitia inuisos magis fecit. Si malo: dicemus etiam Maioribus suis detrimento fuisse: Debemus autem in vituperationibus ferecuntis ironia vti: et in his aduersarium deridere: quibus ille maxime exultat. Educatio in laude quod bene honeque in bonis disciplinis educatus tota pueritia fuerit. vt achilles apud chironem In vituperatione contra: inde se retraxisse aperte narrabimus. Deinde sequitur victus vt in achille quod medullis leonum pastus est. quod parce modesteque vixerit: vt Socrates qui adeo parco temperatoque victu vtebatur: vt cum athenas lues sepenumero vastaret: solus ipse nunquam egrotauerit. Preterea In diuitiis qualis: aut in paupertate cuiusmodi fuerit. Quemadmodum habuerit in potestatibus gerendis animum. Que gloria: que amicitie: et quid fortiter in inimicitiis gerendis fecerit. Cuius causa susceperit inimicitias. Qua fide: beniuolentia officio gesserit amicitias. Si interierit: cuiusmodi mors fuerit: et qua causa: an pro patria pugnans obierit. Cuiusmodi res mortem eius sit consecuta. Si certamina in eius honorem sunt celebrata: quomodo Patroclo ab achille et anchise: ab enea Vel ignominia consecuta sit: vt Melio: cuius domus solo equata.

¶ A Corporis commodis Laus.

¶ A Corporis commodis: A natura in laude: si sit digni

tas atq forma: laudi fuisse eam: non quemadmodū ceteris infamie atq dedecori dicemus. Si vires atq velocitas egregia: honestis hec exercitationib⁹ et industrijs cōparata. Si valitudo ppetua: diligentia et tpantia cupiditatū. Unde Cyrus apud Xenophontem inquit: primum equidez opam do: ne vnq̄ saturer. id eñ difficile est. et graue. Dein ꝙo p laborem immissa consumo: ita eñ mihi videor et pseuerantius bene valere et robustior effici. In vituperatōe: si erūt hec corpis cōmoda: male his vsum dicemus: que casu et natura tanq̄ quilibet gladiator habuerit Sin min⁹ erūt pter formam oīa ipius culpa et intemperantia fuisse dicemus.

¶ Ab animo laus.

¶ Ad omnes aūt res: quibus animus hominis maxime consideratur ille sane quattuor animi virtutes erunt accōmodande: vt si laudabimus aliud quidem iuste aliud fortiter. aliud honeste aliud prudēter factū esse dicamus Si vitupabimus aliud iniuste: aliud ignaue aliud immodeste aliud stulte factuz esse dicemus. Notandum deniq est nō necesse esse nos omnis esse partes in laudem aut vituperationem transferre. propterea q sepe non incidūt. aut ita tenuiter vt nō sint necessarie. laudabis item a pfessionibus et disciplina id est qd offitium pfessus est: philosophicum vel rhetoricū vl' militare: laudabis quoq a gestis: vt militarem vitam degens quid in ea gesserit. Laudandū in quibusdam: q immortalitatē virtute sint ɔsecuti. Etatis aūt gradus gestorumq rerū ordinem sequi spetiosi⁹ est. Ut in primis annis laudet indoles et puditia. In adolescētia vero mores. studia discipline. Post hoc operum id est factorum dictorumq cōtextus. et sciamus gratiora esse audientibus: que solus quis aut primus: aut certe cum paucis fecisse dicet. Afferūt laudem liberi parentibus: vrbes conditorib⁹: leges latoribus. inuentoribus artes. necnon

instituta quoq3 autoribus: vt a Numa traditum deos colere. Qui omnis etiā in vituperatione ordo constabit tantū in diuersum. Et quia sit quedam virtutib⁹ aut vitijs vicinitas: dum proxima deriuatione verborum precipium: vt p temerario fortem: pro prodigo liberalem: pro auaro parcū vocemus.

¶ Funebris oratio.

¶ Funebris aūt oratio defunctos satis laudet. superstites benigne moueat. Filios eorum fratresq3 ad virtutis ipsorū imitatōem hor. et Parentes vero et maiores alios siq̄ supsunt consoletur. Ante oīa generosam illoꝝ stirpem laudemus. Deinde educatōem et disciplinam Postremo narremus ita ab eis fuisse res gestas. Ut maxime decebat eos: qui essent ex talibus oriundi: funebres aūt contiōes tristes ac summisse erūt.

¶ Compatōes in laude.

¶ Maximā vero occasionē in hmōi orationib⁹ suppeditant. Compatōes: quas q̄dem pones quo in loco tps admoneat: oportet eni et ceteroꝝ iuuenū vel virorū pclara facinora colligendo conferre: ⁊ huius quē laudas lōge illis maiora esse ostendere. Illoꝝ q̄dem que minima sunt. huius aūt que maxima sūt enarrādo.

Procedentes igit p loca laudatōis compamus et vrbem vrbi et genus generi: et victū victui: et pfessionē pfessiōibus: et gesta gestis: et ea q̄ accidūt extrinsec⁹: ⁊ diuersos mortis modos: ⁊ q̄ ea sūt consecuta.

¶ Mutoꝝ animaliū laus.

¶ Muta quoq3 animalia ⁊ ab loco in quo nascunt laudāt et a dijs in quoꝝ sūt tutela: vt colūba veneri: equus. Neptūno dicit esse consecratus.

¶ Reꝝ laudes.

¶ Res aūt laudem ab inuentorib⁹ accipiūt: vt venatōem diana inuouit. Arbores et a loco in quo gignūt: ab deo

in cuius sunt tutela laudantur: vt oliua minerue: laurus apollinis.

¶ Vrbiũ laus.

¶ Laudant̃ aũt vrbes similiter atq̃ hoĩes: nã p parente est conditor: et multũ autoritatis affert venustas. Illa p pria que ex loci positione ac munitione sũt. In q̃bus spe ciem ac vtilitatem intuemur. Species maritimis planis amenis. Vtilitas salubriqus fertilibus erit. Ciuitati pre terea cõmodo talia q̃dã sũt. Concordia: vires: ad bellum pecunie et ꝓuentũ copie: socioꝝ virt⁹ atq̃ multitudo: que vero his contraria sũt. Inutilia.

¶ Operꝝ laus.

¶ Laus etiã opm est: q̃bus honor: vtilitas: pulchritudo auctor spectari solet: Honor: vt in templis. Vtilitas: im muris: pulchritudo vel auctor vtrobiq̃ est.

¶ ¶ De memoria. Tit. xiij.

Emoria est firma animi reꝝ verboꝝ dispositio nis pceptio Cui⁹ facultatem fouet exercitatio le ctionis et iteratio atq̃ repetitio frequens. M e morie ꝓtus est duplex: facile pcipere et fideliter continere Est aũt prudentie pars Memoria Nam prudentia que est reꝝ bonaꝝ et malaꝝ scientia. Partes sũt. Memoria Intelligentia. Prouidentia: M emoria est per quã ani mus repetit illa que fuerũt. Intelligentia est: per quã ani mus ea perspicit, que sũt. Prouidentia vero est: per quam futuꝝ aliquid videtur anteq̃ factũ est: que oĩa Cicero libro ij. rhe. scribit. Sunt aũt due Memorie: altera natu ralis: altera artifitiosa. Naturalis est ea: q̃ nostris animis insita est: ꝛ sine multa cogitatione nata. Artifitiosa vero est ea: quã confirmat inductio quedam et ratio precep tio nis. De Memoria Cicero li. i. de oratore sic ait. Quid dicã de thesauro reꝝ memoria ? que nisi custos inuentis cogitatisq̃ verbis et rebus adhibeatur: intelligim⁹ oĩa

